

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Beatus Leo papa: sermo in natale apostolorum Petri et Pauli

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

gitemus auxilium. ut lucem  
 scientiae quam contulit in no-  
 bis ipse conseruet. atq. ad p-  
 fectum usq. diem perducatur.  
 Et ut digni simus exaudiri pre-  
 cantes abiciamus ipsi opera  
 tenebrarum. et induamus  
 nos arma lucis. Sic & enim  
 supplicantes concite quae  
 desideramus accipimus. quia  
 nimirum uerba deuotae  
 orationis. adiuuat manus  
 piae operationis. Et quia  
 beati praecursoris hodie  
 natalicia colimus. Oportet  
 ut quem salutis aeternae p-  
 conem suscepimus. hunc  
 etiam nrae orationis adiu-  
 torem quaeramus. Ipsum  
 itaq. intercedendo rogemus  
 impetrare. ut ad eam cui  
 testimonium perhibuit lu-  
 cem uitam et ueritatem  
 peruenire mereamur. Ihm. Xpm.

**INNAT. APOS**

**VOLOR. PETRI. ET**

**PAULI. SER**

**MO. BEATI. LEO**

**NIS. PPAE.**



**MNIV**

quidem

SCARUM SOL

LEMNITATUM DILECTIS

simi. totus mundus est par-

ticeps. et unius fidei pietas

exigit. ut quicquid pro sa-

lute uniuersorum gestum

retolitur. communibus ubiq.

gaudis celebretur. Uerum

tamen hodierna festiuitas.

praeter illam reuerentiam

quam toto terrarum orbe

promeruit. speciali et pro-

pria nrae urbis exultatione

ueneranda est. Ut ubi prae-

cipuorum apostolorum

glorificatus est exitus. ibi  
<sup>cu</sup>  
**.ii.** in die martyrii eorum sit lae-  
ticiae principatus. Isti  
~~ist~~ sunt uiri. per quos tibi  
euangelium xpi roma re-  
splenduit. et quae eras ma-  
gistra erroris. facta es disci-  
pula ueritatis. Isti sunt sci  
patres tui uerique pastores.  
qui te regnis caelestibus inse-  
rendam. multo melius mul-  
toque felicius condiderunt.  
quam illi quorum prima  
studio. moeniorum tuorum  
fundamenta locata sunt.

Equibus is qui tibi nomen de-  
dit. fraterna te cede foeda-  
uit. Isti sunt qui te ad hanc  
gloriam prouexerunt. ut  
gens sca. populus electus.  
ciuitas sacerdotalis et regia.  
per sacram beati petri sedem  
caput orbis effecta. latius  
praesideres religione diuina.

quam dominatione terrena.  
Quamuis enim multis aucta  
uictorius. ius imperii tui terra  
marique protuleris. minus ta-  
men est quod tibi bellicus  
labor subdidit. quam quod  
<sup>cu</sup>  
**.iii.** pax xpiana subiecit. Os  
namque bonus iustus omnipotens.  
qui misericordiam suam hu-  
mano generi numquam ne-  
gauit. omnesque in commune  
mortales ad cognitionem sui  
abundantissimis semper be-  
neficis erudiuit. uoluntari-  
am errantium caecitatem.  
et procliuem in deteriora  
nequitiam. secretiore consi-  
lio. et altiore pietate mise-  
ratus est. mittendo uerbum  
suum. aequale sibi atque co-  
aeternum. quod caro factum.  
ita diuinam naturam na-  
turae uniuert humanae. ut  
illius ad infima inclinatio.

nra fieret ad summa proue-  
**.iiii.** ctio. Ut aut huius inenarra-  
 bilis gratiae per totum mun-  
 dum diffunderetur effectus  
 romanum regnum diuina  
 prouidentia praeparauit.  
 cuius ad eos limites incremen-  
 ta perducta sunt. quibus  
 cunctarum undiq. gentiu  
 uicina et continua esset uni-  
 uersitas. Disposito enim  
 diuinitus operi. maxime  
 congruebat. ut multa regna  
 uno confoederarentur imperio.  
 et cito per uos haberet po-  
 pulos praedicatione gene-  
 rali. quos unius teneret re-  
**.v.** gimen ciuitatis. Haec autem  
 ciuitas ignorans suae pro-  
 uectionis auctorem. cum  
 pene omnibus dominaretur  
 gentibus. omnium gentiu  
 seruebat erroribus. Et ma-  
 gnam sibi uidebatur susce-

pisse religionem. quia nulla  
 respuerat falsitatem. Unde  
 quantum erat per diabolū  
 tenatius illigata. Tanto  
 per xpm est mirabilius abso-  
 luta. Nam cum duodecim  
 apostoli per spm scm omniu  
 locutione linguarum imbu-  
 endo euangelio mundum di-  
 stributis sibi terrarum partib.  
 suscepissent. beatissimus pe-  
 trus princeps apostolici ordi-  
 nis. ad arcem romani destina-  
 tur imperii. ut lux ueritatis  
 quae in omnium gentium re-  
 uelabatur salutem. efficacius  
 se ab ipso capite per totum  
 mundi corpus effunderet.  
 Cuius aut nationis homines in  
 hac tunc urbe non essent.  
 aut quae usquam gentes igno-  
 rarent quod roma didicisset.  
**.vi.** Hic colluctantes philosophiae  
 opiniones. hic dissoluendae

erant terrenae sapientiae  
uanitatis: hic confutandus  
demonum cultus. hic om<sup>is</sup> **S.iii.**  
nium sacrificiorum impietas.  
destruenda ubi diligentissi  
ma habebatur superstitio  
ne collectum: quicquid usqua  
fuerat uanis erroribus insti  
tutum. **S.ii.** Adhanc ergo tu  
urbem beatissime petre a  
postole uenire non metuis  
et consorte gloriae tuae  
paulo apostolo aliarum  
ad huc ecclesiarum ordinati  
onibus occupato: siluam ista  
fremetium bestiarum. et  
turbulentissimae pfundita  
tis oceanum constantior  
quam tum super mare gra  
dereris ingrederis. nec mun  
di dominam times romam  
qui in caiphae domo expaue  
ras sacerdotis ancillam. Nu  
quid aut iudicio pilati aut

saeculorum iudaeorum minor est  
uel in claudio potestas uel in  
nerone crudelitas. Uincebat  
ergo materiam formidinis.  
uis amoris. nec aestimabas  
terrori cedendum dum horu  
saluti consulis quos susceperas  
diligendos.  
Hunc autem intrepidae carita  
tis affectum. iam tunc profe  
cto conceperas. quando pro  
fessio tui amoris in dnm trine  
interrogationis est solidata  
mysterio. Nec aliud ab hac  
mentis tuae intentione que  
situm est. quam ut pascendis  
eius quem diligeres ouibus.  
cibum quo ipse eras opima  
tus impenderes. Augebant  
quoque fiduciam tuam tot si  
gna miraculorum. tot do  
na carismatum. atque expe  
rimenta uirtutum. Jam po  
pulos qui excircumcisione

crediderant erudieras. iam  
 antiochenam ecclesiam ubi  
 primum xpiani nominis di  
 gnitas est orta fundaueras  
 iam pontum galatiam. cap  
 padotiam atq. bithiniam  
 legibus euangelicae praedi  
 cationis impleueras. **N**ec  
 ut dubius de prouentu ope  
 ris aut de spatio tuae igna  
 rus aetatis. tropheum cru  
 cis xpi romanis artibus infe  
 rebas. quo te diuinis prae  
 ordinationibus ante ibant  
 ethonor potestatis et gloria  
 passionis. Adquam beatus  
 coapostolus tuus uas electi  
 onis et specialis magister gen  
 tium paulus occurrent. eode  
 tibi consociatus est animo  
 quo omnis innocentia omnis  
 pudor omnisq. libertas sub  
 neronis laborabat imperio  
 Cuius furor pro omnium

uitiorum inflammatus exces  
 su in hunc eum usq. torrente  
 suae precipitauit insaniae.  
 ut primus nomini xpiano  
 atrocitatem generalis perse  
 cutionis inferret. quasi per  
 scorum necesse gratia di possit  
 extingui. Cuius hoc ipsum  
 erat maximum lucrum ut con  
 temptus uitae huius occidue  
 perceptio fieret felicitatis ae  
 ternae. Preciosa ergo est  
 in conspectu dni mors scoru  
 eius. nec ullo crudelitatis  
 genere destrui potest. sacra  
 mento crucis xpi fundata re  
 ligio. Non minuitur perse  
 cutionibus ecclesia sed auget.  
 Et semper dominicus ager.  
 segete ditioe uestitur. dum  
 grana quae singula cadunt  
 multiplicata nascuntur.  
 Unde duo ista praeclara diui  
 ni seminis germina inquan

tam sobolem pulularint bea-  
torum martyrum milia pro-  
testantur. quae apostolicorum  
aemula triumphorum urbe-  
nam purpuratis lateq. ruti-  
lantibus populis ambierunt  
et quasi exultarum honore  
gemmarum conferto uno  
diademate coronarunt.

De quo praesidio dilectissimi  
diuinitus nobis ad exemplum  
patientiae et confirmatione  
fidei praeparato uniuersali-  
ter quidem in omnium scorum  
commemoratione laudandi:  
sed in horum excellentia pa-  
trum merito est exultantius  
glorandum. quos gratiadi-  
tantum apicem inter omnia  
ecclesiae membra prouexit  
ut eos in corpore cui caput  
xpc est quasi geminum con-  
stitueret lumen oculorum.  
De quorum meritis atq. uisitatib.

quae omnem loquendi supe-  
rant facultatem. nihil diuer-  
sum nihil debemus sentire di-  
seretum. quia et electio pa-  
res. et labor similes. et finis  
fecit aequales.

CUIUS SUPRA DEEN  
DEM FESTIUI  
TATE.



POSTVO

LICI NATALIS

gaudio fratres karissimi  
petri et pauli. quorum hodie  
beatissimis passionibus iocun-  
damur. laetior per uniuersum  
mundum xpi exultat ecclesia.  
Quae licet omnium se scorum  
martyrio certasset adornari.  
horum tamen uictoria glo-  
riosius illustratur. quando  
quidem uidet de hoc saeculo.  
ipsos fidei patres et magistros  
martyrum triumphasse.